



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 82. Idem Venetias ingressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. cum Græca Ecclesia definitum fuisse  
 A.C. 1438. Imperator ab Alexandrino, Antiocheno  
 & Jerosolymitano Patriarchis demanda-  
 tæ auctoritatis literas sibi consignari peti-  
 tandas Prælati, qui eas Synodo exhibe-  
 berent.

## §. LXXXII.

*Imperator Græcorum Venetias in-  
gressus.*

*Acta Conc.* Cunctis igitur Venetias venientibus, Im-  
*Flor. to. 13.* perator sequenti die, quæ erat Domi-  
*Conc. Labb.* nica septuagesimæ, insigni pompa, atque  
*p. 6.* insolita prorsus magnificentia sub im-  
 mera populi frequentia Urbem ingredie-  
 batur. Ipse Dux cum Senatoribus suis  
 ad Sancti Nicolai oppidum, vulgo de *La-*  
*do* dictum, obviam factus est Cæsari, et  
 que eundem navi, quam Bucentaurum  
 vocant, auro copiose vestita, ac sericis  
 fabre ornata excepit, comitantibus quo-  
 que duodecim triremibus splendidissimo  
 apparatu instructis; tantaque circum-  
 cum erat phaselorum multitudo, ut ea-  
 eorum numero ipsum mare vix non ob-  
 tegeretur. Postquam igitur Imperator  
 conscensa navi folio non pretio minus  
 quam arte præclarissimo insidens, debi-  
 tos honores a Duce, totoque ejus Senato-  
 tu sibi delatos ritu solemniter recepit, et  
 dein in altum devectus, ad meridiem Ve-  
 netiarum

netias cum insigni hoc comitatu ingressus Sæcul. XV.  
A. C. 1438.  
est, Duce dexteram illius, Demetrio au-  
tem Imperatoris fratre lævam tenentibus.  
Illa die undique tota civitas tubarum so-  
nitu, Musicorum concentu, omniumque  
campanarum strepitu resonabat.

Papa comperto Imperatoris adventu,  
illico Nicolaum Albergatum Cardinalem  
S. Crucis, qui Ferrariensi Synodo so-  
lemne initium dederat, præter Nicolaum  
Estensem, seu Attestinum Ferrariæ Mar-  
chionem Venetias decrevit, ut Cæsarem  
salutarent, cui Marchio civitatem, omnes-  
que suas ditiones insolitis benevolentia  
signis offerebat. Cardinalis quoque Ju-  
lianus Venetias contendit, ut Imperato-  
ri prosperum adventum, ac sanctum, quo  
plenam & integram unionem restaurare  
vellet, propositum gratularetur. Joannes  
Palæologus grato omnes animo excepit,  
& nomine suo Oratores Ferrariam desti-  
navit duos Abbates, & tres Viros sæcu-  
lares, qui summo Pontifici filialis sui obse-  
quii homagium deferrent, seque brevi San-  
ctitatem suam osculo veneraturum nun-  
ciarent. Abbates cum Pontificem salu-  
tarent, non nisi caput: sæculares vero ge-  
nua curvabant, non tamen Papæ pedes ex-  
osculabantur: hujus quippe obsequii usus  
apud Græcos illo tempore jam exoleve-  
rat.

§. LXXXIII.  
Y

*Hist. Eccles. Tom. XXVII.*